Laurentius Wernſprunck Zwicavienſis: artium magiſter lectori Salutem dicit.

Multum profecto (ſi monumenta ſpectare velimus) maiores noſtros in diſciplinis egiſſe fateamur oportz: ſed non peregiſſe quidem. plurimum enim operis adhuc reſtat: reſtabitqz. Necqz cuiqz poſt mille ſecula (ſi Senece credit) occaſio adijciendi aliquid claudetur. Et quanqz nullum ſit iam dictum quod nō dictum ſit prius: hoc tamen ſemper nouum erit: diſpoſitio ſcilicz ac ab alijs inuentoꝝ vſus et ſcientia. Sic gloriam mihi comparandam facile cenſui. Non quia hec veluti a me primum inuenta alijs tradiderim: ſed quoniam obſcure/ crudeqz tradita ex abdito in apertū duxeriz maturauerimqz. Tanta enim antehac in illo opere fuit erroꝝ copia: vt mihi viderer ſine filo Dedali labyrinthū ingreſſus. Uerum in eoipſo ſuperioribus diebus pro cōmuni omniū vtilitate deſudans atqz elaborans ab omni menda (ni fallar) pro mei ingenij capacitate liberaui: vt ſi quis exemplari priori (liuore ſemoto) comparauerit: ecce domus ambages me remouiſſe apertiſſime videbit: necqz eundem eſſe libellū fatebitur. id quoqz tandem effeci: vt opus quod prius a nullo (niſi qui autorem operis interpretem audiuerit) intelligi aut recte quidem legi potuit: tanta clareat facilitate. vt quiſqz vel dyaletice limen nūp ingreſſus intelligere poſſit. Grato itaqz lector quicunqz ſis ſuſcipias animo hanc meam dilucidationem: in qua velut preludium quoddam maioris cuiuſdam ſpectari velim Uale

¶ Ad Lectorem.

Noſtre qui geſtis vafri precepta ſophiſte
Iſtum ſed recta perlege mente librum

BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski